QVAESTIONES DE VIRTVTE IVSTITIAE

Ex prælectionibus

R. P. MARTINI DE ESPARZA ARTIEDA SOCIETATIS IESV.

Diſputandæ

AB EVSEBIO COMITE TRVCHSES

In Aula Collegij Germanici, & Hungarici.

Romæ Anno 1655. Menſe Iunio Die

Romæ, Typis HH. Corbelletti. MDCLV.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

INDEX QVÆSTIONVM DE IVSTITIA.

Quæſtio 1. Vtrum ius ſit obiectum iuſtitiæ? pagina 1.

Q.2. V. ius proprietatis ſit prælatio moralis vnius reſpectu aliorum circa vſum rei propter peculiarem huius cum illo connexionem? p.6.

Q.3. V. ius proprietatis rectè definiatur *libera facultas diſponendi de re aliqua in vtilitatem propriam non impedibilis licitè ab alijs.* p.14.

Q.4. V. ius proprietatis, & iuriſdictionis connectantur inuicem eſſentialiter? pag. 29

Q.5. V. Deo conueniat ius proprietatis eſſentialiter ſibi ſubordinans immediatè omnia iura creata? p.38.

Q.6. V. ius conſtituatur pro actus intellectus, & voluntatis? p.44.

Q.7. V. communes diuiſiones iuris ex parte principij, & ſubiecti ſint bonæ? pag. 51.

Q.8. V. virtus iuſtitiæ rectè definiatur *conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens.* p.65.

Q.9. V. ſit propriũ iuſtitiæ reſpicere medium rei, & conſtituere æqualitatem rerum? p.72.

Q.10. V. iuſtitia verſetur circa ſolas operationes, an etiã circa paſſiones? q.83.

Q.11. V. iuſtitia particularis differat ſpecie à iuſtitia legali? p.95.

QVAESTIONES DISPVTANDÆ DE VIRTVTE IVSTITIÆ

QVÆSTIO PRIMA

Vtrum ius ſit obiectum Iuſtitiæ.

VIDETVR non eſſe 1. Quia Celſus Iuriſconſultus teſte Vlpiano. ff de Iuſtitia & iure l. 1. definit ius *artem boni, & æqui,* hoc eſt peritiam legum, ſeu iuriſprudētiam. Manifeſtum autem eſt iuriſprudentiam non eſſe obiectum virtutis iuſtitiæ, ergo ius non eſt obiectum eius.

2. Iudices ferentes ſententiam in rebus litigioſis dicuntur ius dicere; quapropter ius eſt idem quod ſententia Iudicis. Patet autem ſententiam Iudicis non eſſe obiectū, ſed potius actum & exercitium virtutis iuſtitiæ. Multo minus ad obiectum eius pertinere poteſt locus in quo Iudices cauſas au-